



**D. Virginis Oetinganæ Historia**

**Irsing, Jakob**

**Monachii, 1643**

C. IV. Miracula ab A. C. MDXXX. ad MDLXX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64940](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64940)

mamillis per guttura erumpente. Desperato in praesens humano auxilio, Oetinganę Virginis auxilium implorauit. Fluxit hora, donec rusticum prætergredientem conspexit: qui acersitus palum ab imo rescidit. Antonius reliquo transfixus domum reuertit: ubi sacris procuratus Deo, & Medico salutem suam permisit. Conualuit tandem, séque cum palo Oetingam attulit.

· CAPVT IV.  
MIRACVLA.

A B

A.C. MD XXX

A D

MD. LXX.

I.

**S**Exennis puella, Viti Textoris Hochenvvartensis filia, de ica-  
mno prolapsa, cultrum, quem  
manibus tractabat, altè immerserat  
oculo. Quo extracto, commendata  
N Oetin.

A.C.  
MD XXX.

Oetinganæ Matri, nec valetudinæ detrimentum cepit, nec videndivæ habetatam sensit.

*A.C. MD* I. Wolfgangus quinquennis puerulus, Joannis Lederii Styri filius, fluvio mersus horis omnino tribulatuerat. Alius ad eam vitæ desperationem peruenerat, ut sena hebdomades ardens cereus, ritu Catholicæ manui inserendus, in promptu continenter esset. Sæpe etiam presentibus mortuus videbatur, Vtq; Diuæ nostræ inuocato auxilio seruitus.

*A.C. MD* I. Hoc anno (quo Ferdinandus Imp. Viennæ obsidionem soluerat Turcas coëgit) Fernizii capta Christiana mulier Constantinopolim ducta est. Cum in custodiâ partus edidisset, eam Deipara, conspectu oblata, recreauit, libertate promisit Oetinganam si peregrinatione sponderet. Factâ sponsione, cum triduo post è captiuis Christianis qui è carcere profugissent, cōsque

T. III.

Turcæ persequerentur, Agnes (id eius nomen proditur) reliquis auctor fuit, ut ipsi quoq; fugâ sibi consulerent. Probato consilio, dum fugam ineunt, obijcitur festinantibus turris, cuius porta pessulis tribus ferreis egregiè muniebatur: qui, mirum dictu, reserante nemine, reiecti libertatis viam captiuis aperuerunt.

II. Joannis Bauzanensis mercatoris vxor Brixinam, onusta mercibus proficiscaens à latronibus excipitur, & spoliata ad arborem deligatur, baculo in os contruso. Jam triduum constricta hæserat; cùm animum cogitatio subiit Oetinganæ Virginis inuocandæ. Quod simul ac fecit; vincula vltrò soluta decidunt: & illa, deficiente animo, collapsa est. Duodecim inde dies eum capere nequiit, ore fœdè exulcerato. Integratis viribus, Oetingham accessit, & patronæ salutem suam est gratulata.

III. Catharina, Georgii Schmid  
Maukirchensis filiola, de scalis præ-  
cipitans cerebrum eliserat: iamque  
lethali frigore horrebat. Deipara-  
parentum lacrimis votisque permo-  
ta vitam produxit infanti.

*A. C. MD  
XXXIII.* I. Cùm sub hæc tempora Turca  
vicina Styriæ inferioris incursarent,  
Vispacensis Parochia Oetingana  
virginis præsidio se tutata est. Etenim  
voto pro intolumitate communite-  
facto, nihil ab immani hoste dem-  
menti acceperunt. Quod benefic-  
um piâ supplicatione Oetingana  
longo itinere, ductâ sunt professi.

*A. C. MD  
XXXIV.* I. Antonii de Peffenhausen filia  
(erat is arcis Burghusianæ præfex)  
cùm in cultrum temerè incubuisse,  
à parentibus Oetinganæ Virginis de-  
uota est. Euulso deinde cultro, sa-  
uam se, omnique immunem dolor  
puella edixit.

II. Magdalena, vxor Joannis Ma-  
litoris de Sigharting, vicina partu-  
domus

domum è peregrinatione Roten-  
mosensi repetens, à procis duobus  
de flagitio est appellata. Quos cùm  
magno castóque animo repulisset;  
tam sœuiter ab vno vapulauit, vt le-  
cto diu fuerit decumbendum. No-  
stra Diua precibus inuitata, & par-  
tum facilem, & valetudinem virtutis  
causâ ægrotanti impetravit.

III. Juuenis quidam à Turcis ca-  
ptus, & in Pannoniam inferiorem  
abreptus, omnia barbari carceris in-  
commoda, plùs annum, quinque  
cum sociis pertulerat. Dicta demum  
supplicio dies, cùm rebus ab huma-  
nis præsidii nihil ostenderetur, ad di-  
uina captiuorum animos excitauit.  
Deiparam in primis suæ causæ patro-  
nam precibus votisque fecerunt. Et  
ecce! pridie fatalis diei, noctis silen-  
tio, diuinitus exsoluti vinculis o-  
mnibus è custodiâ salui profuge-  
runt.

IV. Leonardus Kneff Schroben-  
husia-

184 OETINGANA HISTORIE  
husianus depulsum debebat Oetinganæ Virgini exitiabilem mortum.  
Quod verò animum voti religione  
exsoluere sex ipsos annos neglexi-  
set; ita recruduit málum, vt ab omni  
spe vitæ deciderit. Monitus à Deipara  
de voto, simul id repetiit, morbo  
rum est liberatus.

*A.C.M.D.*  
**XXXV.** Valentinus Wartinensis, Carnio-  
lus, è templo domum repetens deu-  
pto ex monte præceps abiit, iacung  
in posterum usque diem sensibus  
lienatus. Cùm fortè caprarius san-  
guine perfusum inuenisset; ratus;  
latronibus vulneratum, commouit.  
Tunc Valentinus, redeunte cum  
sensibus animo, Oetinganæ Virginis  
opem implorauit: & incolumis fu-  
rexit.

*A.C.M.D.*  
**XXXVI.** I. Dionysius Carantanus, fossor  
ætrarius, quod rixæ interfuisset, catus  
ab alio patratæ, per iniuriam delatus  
semestre tempus vinculis ad supplicium  
attinebatur. Et iam supremus  
aderat dies; cùm ei se Deipara in-  
con-

conspectum dedit, & ad votum Oetinganæ peregrinationis edendum est cohortata. Paruit. & mortem iam comparatam effugit, in libertatem assertus.

II. Wolfgangi Hatti, ciuis Friburgensis filia tam graui lapsu in terram ex alto deciderat, vti de vitâ ab omnibus esset conclamatum. Usque in decimum tertium inde diem sermonis impos iacuit. Commendata sub hac Oetinganæ Virgini valetudinem cum loquendi facultate recuperauit.

III. Eiusdem patrocinio Nicolaus Reitermair à latronibus in nemore ab tergo coortis prostratus, iamq; ultima passurus vitam seruauit.

Ab hoc anno ad saeculi huius septuagesimum usque pauca quædam, & adhuc commemoratis persimilia in fastis Oetinganis inueniuntur: siue id notariorum negligentia factum est; siue, gliscente per inferiorem Boicam nouâ Lutheri superstitione,

Oetingæ adeundæ studium refixu;  
fontésq; diuinorum beneficiorum  
clausi sunt; donec Alberti, religio-  
fissimi Principis, constanti virtute,  
repurgatâ prouinciâ, antiquus De-  
paræ cultus est instauratus.

CAPVI V.  
MIRACVLA  
A B  
A. C. MDLXX  
A D  
MD LXXX.

<sup>A. C.</sup>  
<sup>MDLXX.</sup> **E**rat in familiâ Marci Fuggeri, in  
omni fortunæ indulgentiâ, in  
virtutis, ac præcipuè religione  
veræ studio clarissimi dynastæ, pueri  
nobilis, Anna Bernhusia. Quæ cum  
iuvnili sermonis licentiâ consueta  
suam dæmoni salutem deuouere, ad  
fidem dictis asserendam, nullo veri  
falsique discrimine; septenit tandem  
apertum frequenti inuitatione ho-

sp.